



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Iurisdictione Episcoporvm Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

31. De Iure & Iurisdictione Capituli sede vacante.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

h.r.reale & perpetuum est, morte Pontificis non expirat, Pet. And. Gamb. de auth. leg. de lat. in prin. num. 9. nec speciali commissione indiget, alias potius datum, quam natum siue inhærens diceretur.

## TITVLVS XXXI.

De Iure & Iurisdictione Capituli  
sede vacante.

1. **C**apitulum sede vacante non potest beneficia conferre.
2. Habet administrationem omnium bonorum.
3. Ea quæ sunt ordinis alicui Episcopali dignitate fulgent committere debet.
4. Quam vterius habeat iurisdictionem.
5. Comparet in comitiis Imperij per deputatos, & suo ordine votum dat.
6. Idque intra terminum iuri ad Electionem constitutum,

**C**APITVLVM sedevacante, non potest beneficia conferre, c. 2. x. ne sed. vacant. Gail. lib. 1. obs. 30. num. 11. nec interesse iudicio, c. constitutis. x. eod. nec valide contrahere, gl. in c. 1. verb. sede vacante, x. eod. nisi faciendo rem meliorem, & obligando sibi alium, ut ibi Hostiens. in sum. num. 1. nec aliud quid facere vel ordinare in præiudicium futuri Episcopi. c. 1. §. attendentes. & tot. tit.. x. ne sed. vac. habet tamen omnium bonorum, tam diuisorum quam communium administrationem, Philip. Franc. in c. 1. num. 10. x. d.

D 5 tit.

- tit. in 6. de qua nouo prælato reddet rationes, Menoch. de arbit. iudic. cas. 209. nu. 8. etiam spiritualiū c. cum nullus. x. de temp. ordinat. lib. 6. Franc. d.c. 1. nu. 3.
3. 9. modo ea quæ sunt ordinis, alteri Episcopali dignitate fulgenti committat, Panor. in c. his. que. nu. 3 x. de maior. Et obed. habet & omnem jurisdictionem, cuius est capax, c. irrefragabili. x. de offic. ordinari. c. cum alim. c. his que. x. de maior. Et obed. Gail. d. obf. 30. nu. 10. audit & delegat causas, Hostiens. in sum. nu. 4. officialem siue Vicarium in jurisdictionibus continuat. Pet. Rauen. in compend. Iur. cano tit. de offic. Vicar. ad scriptum Imperatoris in comitiis imperii per suos deputatos comparet suo loco & ordine votum dat, Pet. Frider. Minda. lib. 1. cap. 19. nu. 7. vti in comitiis huius 1613. anni, Capitulum Ratisbonense & antehac anno 1541. Capitulum Verdense & Fisingense, anno 1555. Mindense, anno 1570. & 1576. Halberstadense, item in visitatione Cameræ imperialis Monasteriene, quemadmodum ea in fundamentali illa grauaminum imperii, resolutione moderni intuitissimi Imperatoris anno 1603. conscripta plenius, partim & in recessibus imperii inter subscriptiones reperiuntur, & in se parum difficultatis parant, intra terminum juris ad electionem constitutum, eo autem elapsso, vel indigno electo, Capitulum juxta canonicas sanctiones ulterius non auditur, c. cum in cunctis. §. cleric. c. innotuit. c. cum vitonensis. c. ne pro defectu. x. de Elect. c. quanquam x. eod. in 6. eaque consideratione anno 1603. legati Capituli Magdeburgensis ad comitia forte per errorem conscripti aliasque sèpius & alii honeste remissi sunt, & rectius informati ultro cesserunt.

TITV.